

I. *Cafus Rariffimus. Ex Epiftolâ Doctiffimi Viri
J. Huxham ad Gul. Rutty, M. D. R. S. Secr.*

Nihil fere quam in Pelvi renali & Urinaria Vefica Calculos invenire frequentius : At quis unquam in ipfa Urethra Calculum ponderis unc. quinque cum femiffe invenit ? En ideo Cafum plane mirandum.

Viginti abhinc Annis Penis cujusdam *Cookworthby* ob Luem Veneream, ad modum quasi *Eunuchi Turcici*, resectus fuit : at Vulnus nec probe curavit Chirurgus, nec bene fanavit ; Cicatrice quippe obducta vix ullum Urinae Iter, Urethra pene occlusa. Lotium exinde exiguiffimo Rivulo summoque nisu reddidit ; brevique inter mingendum Cruciatu magnus accessit ; pauloque post in media, at suprema, Parte Scroti Tumor parvus, sensim tamen auctus in magnam demum excrevit molem, lævum ad Inguen quasi vergens. Hinc Urinam ejaculandi impotens prorsus factus Stillicidio ejus continuo laboravit. Sed neque hac via, Urethrae scilicet, omnem emulxit ; enatis enim tribus quatuorve in Scroto Fistulis, pars forte maxima Lotij ex hisce defluxit, Pure subinde comitante. At ne sic quidem Tumor, jam durus admodum, vel minime decrefcebat, quinimo increvit usque.

Dira haec inter Tormenta cum per plures jam Annos Miser hic, neglectus omnino, miserrimam pertraxerat Vitam ad nostrum Nosocomium tandem delatus fuit. Ibi mense Julio elapso, quum summo nixu Urinam, solito quod dixit ardentio rem, expellere, Corpus incurvando maxime, contenderet, ingens hic pro-

N n

lapius

lapsus est Calculus, quem jam Tibi misi ; qui recens excretus Uncias quinque cum Semisse Ponderis Avoird. pependit. Eum mihi propere, quasi monstrum quoddam, mitti curabant Nosocomij Rectores. Rem certe quod debui plane mirabar Hominemque invisebam continuo Lacerum inveni Scrotum, jam minime tumidum, Manum puerilem facile admittens, & ex Urethra Calculum elapsum fuisse deprehendi.

Atqui id forsan haud parum Miraculo adjiciat, quod magnum hoc lacerumque Vulnus Balsamo quodam Terebinthino tantum oblinendo brevi sanum evasit, ni quod parva adhuc pateat Urinae Fistula in superiore Parte Scroti. Atque Misellus Ille, cui ante excretionem. Calculi vix ulla se movendi Potentia, commode jam satis obambulat.

Non ego quidem hunc Calculum in Urethra primitus fuisse enatum autumo, ab ibidem Loci ex arenosa materia concretum maxime. Cum enim parvus forte Calculus, Semen quasi hujus enormis, è Renibus delapsus erat ; & ob Urethram fere oclusam, negato ultra Itinere, in Canaliculo substiterat, Sabulo perpetim appellente auctus in immensam hanc Molem tandem excrevit.

Plymouth, Id. Febr. 1729-30.

Casus alter perquam rarus ex eadem Epistolâ.

Peperit nuperrime Domina quaedam Puellulam rite & eleganter satis conformatam, ni quod in regione Lumborum infima eminuerit Tumor, sive Sacculus, Magnitudinis quasi Pugni puerilis ; cujus insuper Pedes ad nates usque retracti Posituram Sartoris incoxantis exhibuerunt ; nec eos movere ullo modo, aut extendere,

tendere, potuit. Mirum hoc & triste Parentibus visum est, mirum & obstetrici & matronis adstantibus : meum ideo protinus Consilium petunt.

Tumorem hunc perlustrando eum ejusdem esse Generis cum illis, quos Tulpius, Cap. xxix, & xxx. lib. III. observat. Descripsit suspicabar : istum ideo Fomento aromatico & adstringente foveri jussi. Intra Triduum autem sero summe adeo distentus evasit, ut jam extrema Tumoris membrana disrupta fuisset ; metusque esset, ne rupto confestim Tumore, Serum semel & simul cum ipsa vita efflueret. Punctiunculam ergo suasi, ut Lymphasensim emitteretur, edito nihilominus Prognostico, sive aperiretur Tumor sive non, eum fore lethalem.

Infans interea insomnis & ejulans parum dormivit, ad Pulticulam vero fatis apta.

Quarto adeo Die Tumorem aperuit Chirurgus, facto largiore paululum quam consuluissem *Orificis*, ita ut omnis intra Horas viginti effluerit Humor. Hinc Languor summus & frequens Deliquium ad Biduum saltem ; at nutrice sana & Julap. Cardiaco, Cephalic. refecta viceessimum ad usque Diem Vitam perduxit, quo frigidi Sudores & Tremores aborti tremulam hanc Lucem extinxere.

Inciso Corpore observavimus Dorsoalem Medullam ad ultimam Lumborum vertebra, nec ultra, pertingisse ; sed hanc inter & os sacrum (si mavis primum os sacrum) exeuns per Tumoris sive Sacculi membranas dispersita fuit. Os sacrum porro fuit solidum penitus, nec Propagines nervosas Medullae spinalis (quibus apud Anatomicos Cauda Equina Vocabulum est) ad Crura Pedesque transmissit ; quinimo ne quidem perforatum fuit omnino.

In quibusdam saltem a Tulpianis Historiis supra citatis differt haec nostra : neque enim aliquid matri praegnantem negatum neque vel se Ictu aut Foetum Imaginatione laeserat unquam, neque Spina hujus Infantis bifida aut lacera : quinetiam nec os sacrum solidum, nec Pedes contractos & immotos meminit Tulpius. Quandoquidem ergo singulare quid habeat haec nostra Historia, hanc ego transcripsi.

II. *An Account of the Imperial Salt-works of Sóowár in Upper Hungary, translated from the High-dutch of Ernest Bruckman of the Academy of Brunswick, M. D. communicated by Sir Hans Sloane.*

Sóowár is an *Hungarian* Word (which signifies in *German* Salt-burg) composed of *So*, which is to say Salt, and *Wa*, which signifieth Burgh or Town. It is a large Village, about a Quarter of a Mile from *Eper*, a City of the County of *Saár* entirely peopled with Officers of the Excise, and Miners or Wood-cutters, and is situated on the Summit of a little Hill, with an agreeable Prospect.

The 16th of *July* 1724, we came from *Rosenau* to *Sóowár* with *Dr. Poekin*, Physician to the City and County, to view this celebrated Salt-work, which furnishes the finest and most pure Salt of the whole Kingdom. We communicated our Intention to an Officer of the Salt-works, and having asked his Leave to go into the Cuts, he gave us two Guards for Guides. We first descended with them into the Well by a Rope,

feat-